



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.16. Alcuini Tractatus contra Elipandum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæcul. VIII.

A. C. 800.

---

An. Egin.

Rex Carolus hyeme Aquisgrani transacta in medio mensis Martii anno octingentesimo iter inde suscepit ad Oceanicas viendas, quas jam tunc Piratae Normanni infestabant. Paschatis deinde Festo, quod in decimam nonam Aprilis incidebat, in Monasterio Centulensi seu S. Richarii, in quo Angilbertus Abbas præterat, celebrato, inde Rothomagum, & tum Turonem venit, ut ad sepulchrum S. Martini oraret, & Alcuino colloqueretur, cui hanc Abbatiam contulerat. Sed moras ibi trahere compulsa est Carolus ob morbum Reginæ Luitgardis uxoris suæ, quæ ibidem quarta Junii obiit. Inde Rex per Civitatem Aurelianensem Parisios, Aquisgranum, & initio mensis Augusti Moguntiam reversus est, ubi Comitia Procerum, quæ posterioribus temporibus Parliamentum dicta sunt, celebravit, & profectionem in Italiam scipere statuit.

## §. XVI.

*Alcuini Tractatus contra Eli-*  
*pandum.*

Alcuin. in

Elip. lib. I.

Alc. ep. 13.

Sub idem tempus Carolus in Hispaniam remisit duos Archiepiscopos Leidardum Lugdunensem & Nefridum Narbonensem cum Benedicto Abbe Anianensi, Viro in illis Regionibus celebrimo, qui Felicis Urgelitani Hæresim penitus

nitus extinguerent. Alcuinus vero Tra-Sæcul. VIII.  
Etatum composuit, ut Elipandi Episto- A. C. 800.  
læ responderet, divisum in quatuor li-  
bros, quorum duo priores ipsius Episto-  
læ Refutatio sunt, & in posterioribus  
Veritas Catholica stabilitur. Hos Al-  
cuinus Episcopis misit, quos in itinere  
legerent, & censuræ subjicerent, prius-  
quam eos in lucem ederet. In Libro p. 939.  
primo totius causæ ordinem, oratione  
ad Elipandum directa, narrat in hunc  
modum: *Antequam in Franciam a Re-*  
*ge Carolo vocatus venissim, Error tuus*  
*Ratisbonæ examini subjectus Rege præsi-*  
*dente, &, Felice præsente, Auctoritate*  
*Episcoporum damnatus est, quem jam*  
*antea Hadrianus Papa damnaverat. At*  
*Felix in vestras regiones reversus eum te*  
*instigante denuo resuscitare molitus est.*  
*Cum deinde in hanc Provinciam venissim,*  
*data ad eum Epistola amice & urgente*  
*charitate bortatus sum, ut Ecclesiæ Ca-*  
*tholicæ reconciliari vellet. Ipse vero da-*  
*to responso in amplissimo libro Hæresim*  
*vestram luculentissime prodidit. Hanc*  
*refutavi editis septem libris, qui præsen-*  
*tibus Rege & Episcopis lecti & approba-*  
*ti fuere. Tandem anno trigesimo secun-*  
*do regnantis Caroli Felix Aquisgranum*  
*vocatus haud repugnante animo venit,*  
*& præsente Rege, Proceribus Episcopis-*  
*que vim veritatis non ferens dedit glo-*

Q q s riam

Sæcul. VIII.  
A. C. 800.

*riam Deo, & veram fidem confessus cum Discipulis suis præsentibus ad unitatem Catholicam rediit. Suadeo tibi, venerabilis Pater mi! ut cum Discipulis tuis bumilitatis ejus exemplum sequaris.*

§. XVII.

*Alcuini Virtutes.*

**A**lcuinus Regi Carolo ad profectionem Italicam cum ipso suscipiendam se invitanti non est obsecutus, nec movebatur joco, cum Rex diceret, quod tecta urbis Turonensis fuliginosa aureis Romæ Palatiis præferret. *Hic fruimur paci, inquietabat, quam nobis dedisti, & Roma Fratrum discordia olim fundata tantum hodieque malum in suis visceribus fovet, teque compellit, ut relictis jucundissimis Germaniæ sedibus abeas, illiusque fures compescas.* Sæpius ita Regem rogabat, ut se solitudine, quam semper amaverat, frui sineret, & tandem senectutem & corporis infirmitatem obtendens, nunquam amplius Turone pedem extulit.

*Ep. 17. 19.  
23. &c.  
Sup. Lib.  
XLIV. §. 54.  
vit. c. 6. Mab.  
Elog. c. 7.  
8. &c.*

Ut Rex Alcuinum in Francia retinaret, duas eidem Abbatias, paulo postquam secundo illuc venisset, dederat, nempe Ferrariensem in Diœcesi Senonensi, & S. Lupi Trecensis. Contulit etiam postmodum Cellam maritimam S. Judoci, & tandem anno 796. defun-

cto